



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

14. An Sacramentum Pœnitentiæ ministratum à Sacerdote interdicto sit nullum, & ejus absolutio invalida? Ex quo aliqua alia circa hoc inferuntur.
Ex p. 5. tr. 10. r. 62.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

tus nominatum Romæ (ut vidi ad valvas S. Petri) vel etiam ob percutiōnem Clerici , non obstante ista denunciatione , & notitia percutiōnis Clerici audiat confessio[n]es ad se recurrentium audire , & cum accedentes idiotæ , & simplices sint , vel minus versati in istis confidenter accedunt , nec vitando[rum] sc̄iunt . Cum itaque (ut ex rationibus adductis patet) fundamentalis juridicō r[es]pectu abolutionis per excommunicationem simplicem (exclusis aliis peccatis) non videatur ablati , non video cur Abfolūtio annuletur . Hac interim subi[ci]o prudentum iudicio , & Ecclesiæ , alteram autem sententiam Doctorum communis vestigio magis tritam , tanquam securiorem sequor , alteram tanquam non improbabilem propolui . Hucusque Marchant .

6. Sed ego puto prorsus non esse recedendum à negativa sententiā , & contra Victoriā vide Hieronymum Llamas in Summa , p. 1. cap.... q[uod]est. 15. qui falsam ejus sententiam vocat ; est enim contra communem Doctorum opinionem telle Coninch. de Sacram. disp. 4. dub. 10. num. 99. Sayro de Cens. lib. 2. cap. 6. n. 6. Castro Palao tom. 6. d. 2. punct. 1. 3. n. 9. Marco Serio concivit nostrō viro quidem docto , tom. 2. de officio Parochi , disp[onit]. 1. disp[onit]. unica , q[uod]est. 11. num. 1. & aliis ; dicendum est igitur cum Avila de Cens. part. 2. cap. 6. disp. 3. dub. 1. concl. 3. Quod si Sacramētum penitentiæ administretur ab excommunicato non tolerato extra articulum necessitatis , erit nullum .

7. Probatur ; nam talis Sacerdos extra casum necessitat[is] vel nullam habet jurisdictionem , vel ut propriis dicam habet eam impeditam , & ligatam ; ergo . Et hanc conclusionem intelligo etiam de confessione venialium , nam ad absolvendū à venialibus etiam requiriur jurisdictionis , & hæc datur ab Ecclesiæ , & per consequens , potest tolli , vel ligari ab ipsa Ecclesiæ , nam res per easdem causas dissolvitur , per quas nascitur . Hinc sequitur , quod licet alius cum ignorantia invincibilis confiteatur hujusmodi Sacerdoti , confessio erit nulla , & veritate comperta , erit necessariò iteranda , & loquor de confessione mortalium . Hoc autem corollarium intelligitur quando ignorantia est particularis hujus , vel illius penitentis , sc̄iū si sit ignorantia communis , & talis Sacerdos habeat aliquam titulum , v. g. Sacerdos qui in Hispania est nominatum excommunicatus , & denunciatus , vel notorius percursor Clerici venit in Siciliam , ubi hoc ignoratur , & conferunt sibi beneficium pafochiale , confessio[n]es quas audit valide sunt . Quicquid in contrarium alterat Palau[us] in 4. disp. 17. disp. 7. col. 12. Probatur , nam titulus presumptus , & communis error facti conferunt jurisdictionem , ut ait Cajetan. in Summa . verbo abolutionis impedimenta , & verbo confessionis iteratio[n]is . & super[dis]p[onit] in Navarr. cap. 9. n. 4. & alij Auctores qui fundantur tr. 3. Ref. 10. in l. Barbarius , ff. de offic. Pratoris . signanter in §. 1. & in aliis 8. Secundo , nam in hoc casu potius presumendum est quod Ecclesia vult prospicere communib[us] & ni saluti Fidelium dando jurisdictionem huic Sacerdoti , quā punire illum cum tanto detimento Fidelium .

^{Sup. hoc in legge doctrina Ref. & §§. not. seq.}

^{Sup. hoc in 3. tr. Ref. 4. §. pe[n]ult. & in Ref. 5. Ref. 1. & in aliis art. 3. dicens absolutionem datam à suspenso esse nullum , & in fin.}

^{Sup. hoc in 4. disp. 17. disp. 7. col. 12. Probatur , nam titulus presumptus , & communis error facti conferunt jurisdictionem , ut ait Cajetan. in Summa . verbo abolutionis impedimenta , & verbo confessionis iteratio[n]is . & super[dis]p[onit] in Navarr. cap. 9. n. 4. & alij Auctores qui fundantur tr. 3. Ref. 10. in l. Barbarius , ff. de offic. Pratoris . signanter in §. 1. & in aliis 8. Secundo , nam in hoc casu potius presumendum est quod Ecclesia vult prospicere communib[us] & ni saluti Fidelium dando jurisdictionem huic Sacerdoti , quā punire illum cum tanto detimento Fidelium .}

RESOL. XIII.

An Sacerdos suspensus valide absolvat ? Ex part. 5. tract. 10. Ref. 52.

^{Sup. hoc in §. 1. Ref. 1. post seq. prope finem §. pe[n]ult. & in art. 3. dicens absolutionem datam à suspenso esse nullum , & in fin.}

N Egativè respondet Sotus in 4. disp. 22. q[uod]est. 1. artic. 5. conc. 2. & disp. 18. q[uod]est. 3. dicens absolutionem datam à suspenso esse nullum . Sed merito hanc sententiam ex ejusdem fa-

milia refellit Victoria in summ. de Clavib. n. 227. ne §. ult. 4. & Cajetan. in 3. punt. q. 82. artic. 9. Vide etiam in to. 3. art. 1. ex doctrina Ref. 1. in dubius p[ro]p[ri]et[ate] mis[er]ia Bulla Cruci. diff. 1. cap. 2. dub. 1. 8. n. 7.

RESOL. XIV.

An Sacramētum P[ar]entitientia ministratur à Sacerdoti interdicto sit nullum , & ejus absolutione invalida ? Ex quo aliqua alia inferuntur circa hoc ? Ex p. 5. tract. 10. Ref. 62.

§. 1. A Affirmativè respondet Phil. Faber de cens. in 4. sent. diff. 1. 5. q. 1. diff. 5. cap. 1. n. 23. quia privato ministerij hujus Sacramēti non est privato potestatis Ordinis ; ergo jurisdictionis , quia nulla alia adest potestas , ut patet ; censura autem Ecclesiastica , ut ^{Sup. hoc in fin. 3. Ref. 5. art. 1.} *suprā* diximus , & ipse Suarez falso est , non privat potestate Ordinis , sed jurisdictionis . Cum ergo in tali administratione sit carensia potestatis , & jurisdictionis , nulla est absolutione quod si aliquis bona fide accedit ad Sacerdotem interdictum , & ab illo absolvatur , dicendum est sicuti in aliis casibus , in quibus sit defectus ex parte Sacerdotis ; ut si quis baptizetur ab aliquo sine intentione debita ; in his autem casibus dicimus esse absolutum , non quidem vi Sacramēti , quod nullum est , sed ex pia & misericordi clementia Dei . Ita Faber .

2. Sed ego contraria sententiam teneo , quia interdictum non privat potestate Ordinis & jurisdictionis , sed impedit ulim licitum illius , nec aliud colligi potest ex iuribus allatis . Solū potest objici , quod personaliter interdictus æquiparatur excommunicato , ut *suprā* dictum est , à quo certum est austeri omnino ulim jurisdictionis si denuncias & non toleratus sit ; atque ita ab solutionem sacramentali ab eo collatam esse invalidam . Huic soli objectioni responderi potest æquiparari præcisè quod hoc , quod est esse utriusque prohibitum ulim activum hujus Sacramēti , atque ita uterque peccabit illud ministrando , non tamē quantum ad ablationem jurisdictionis & invaliditatem Sacramēti , cū hoc non reperitur in iure expreſsum de interdicto sicut de excommunicatione . Quod si nrgeas , personaliter interdictus non potest validi abfoli : ergo nec absolvere . Patet antecedens ex supradictis . Respondetur esse dispare rationem , quia invaliditas ab solutione recepta ab interdicto non provenit ob defectum jurisdictionis in absolvente , sed defecti debita dispositionis , quia cū peccat recipiendo illam , reddit eam invalidam ; invaliditas vero ab solutione late ab interdicto ex nullo capite provenire potest ; & ita valida est , quia peccatum quod commitit conferendi ab solutionem , non potest illam invalidare ; & ex alia parte interdictum non absorbet jurisdictionem . Hæc Cornejo in 3. p. tr. 5. de interd. §. 1. diff. 2. dub. 3. q. 4.

RESOL. XV.

An irregularis validè absolvat ?
Idem dicendum est de interdicto , & suspenso .
Et an penitentia graviter peccat petens ab solutionem ab eo irregulari , quem sc̄it illam non posse conferre nisi gravi peccato , & ponat obicem , ita ut absolutione sit invalida ?

Et